



**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

3. De eadem ex parte dæmonum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](#)

DE
on solum
ctionibus
ustinuile
ueliosissi-
atem cul-
sieri pot-
mitu, va-
ne expa-
titia mo-
1 & pena
agitudi-
n pro tuis
s Christus
s declarari
olis huic
em perci-
bit, quam
ceris mor-
minus ho-
adio con-
cædem fa-
um pecca-
xpiandum
on est mi-
am si cum
cogiterur
atis nobis
adferit

PECCAT. GRAVITATE. 458

adferit passio Christi pro totius mundi pec-
catis susceptra, quam si pro te solo eandem
suscepisset.

MEDITATIO III.

Degrauitate peccatorum ex parte dæmo-
num, quia eis maximè placent.

ONSIDER A, inde quoque cognosci
peccati, maximè mortalis fæditatem,
& ideo magnopere esse fugiendum, quod
nihil æquè exhilaret antiquum nostrum
hostem diabolum: quod ex tribus signis
colligitur. Primum est, quia in tota rerum
natura non aurum, non argentum, nō la-
pides pretiosos, nō cibi potusùe lautitias
querit, sed tantum animas, quemadmo-
dum in Genesi adumbratur, ubi dicit rex Gen.
Sodomorum in persona diaboli. *Da mihi 14.*
animas, cetera tolle tibi. Ita enim B. Grego-
tius exponit. Animas autem capere nō po-
test, nisi laqueo peccati lethalis. Quam
autem anima semel esca peccati capta ex-
hilareret dæmonem, B. Anselmus declarat *Lib.*
exemplo pueri, qui filo alligatam auicu- Simi-
lam manu retinet & si quādo laxato fune lium.
longius auolare eam permittat, tamē ilii. c. 189.
cocum magno gaudio & risu retrahit.

F 2 CON-

452 MEDITATIONES DE

2. CONSIDERA alterum signum, ex quo cognoscimus dæmonem amare peccatum, nempe assiduas tentationes, quibus hominem oppugnat: nunquam enim fatigatur in eo ad peccatum solicitando. Sex iam millia annorum sunt, quod huic vni studio incubat quo homines peccare faciat, natosque quotidie modos delinquendi ex cogitet, & quo plures in errorem inducit, hoc alacrior & ardentior ad tentationes augendas redditur, quemadmodum colligitur ex libro Job. Cum enim Deus ilam rogasset, unde veniret, respondit.

Job. 1. terram, & perambulauit illam. Adeo enim occupatus est in peccato promouendo, non dormiendo tempus illi non suppetat, sicut *Job. 30. testatur Job, cum ab eo tentaretur. Quis me comedunt, inquit, non dormiunt.*

3. CONSIDERA tertium signum, unde licet dæmoni acceptissimum peccatum, nempe, quia nunquam eo potest satiari. Licet enim infinita hominum millia, propter impietatem, & peccatorum faditatem hactenus in tartara præcipitata sint,

*1. Pet. & indies præcipitentur, non tam famelicius expletur, sed pergit circuiri sicut Lucifer rugiens, quarens quem deuoret, ut loquitur *Job. 40. Apostolus Petrus. Absorbebit fluvium, ait Job. 5**



DE

PECCAT. GRAVITATE. 453

Iob, & non mirabitur, habebit fiduciam,
quod Iordanis influet in os eius. Os eius in-
fernus est, fluvius in illud influens sunt
peccatores, qui magno cum impetu, velut
rapidissima flumina, hiata inferni absor-
bentur. In vitis Patrum narratur princi-
pem dæmoniorum summo honore satel-
litem quendam suum dæmonem affecisse
& in throno regio collocaisse, quod mo-
nachum quendam, cui per quadraginta
annos insidias struxerat, ad unum luxuriæ
peccatum pertraxisset. 2. Considera, sicut
mali angeli magnopere ex lapsu hominis
exhilarantur, sic contra bonos angelos
summopere lætari hominis conuersione.
Gaudent enim super peccatore, ut est apud Luc.

B. Lucam, pœnitentiam agentem. 15.

MEDITATIO IV.

*De gravitate peccatorum ex parte
effectuum.*

CONSIDERA, animam tuam ad ima- 1.
ginem & similitudinem Dei conditā,
dum perseverat in gratia & amicitia Dei,
tam splendida ēsse, torque donis spiri-
tibus ornatam, ut creator ipsius delecte-
tur habitare in illa. Simulatque vero
peccatum lethale consenserit, tam spurcā ⁱⁿ
ff 3 abom [&] ₇.

